

M. Jacobo Commelino Pax CARISTI.

Si vales bene est adolescens egregie, care meo ammo. Nos hic valemus Dei beneficio, et tranquilli sumus. Ista
trepidatio Frisia extrusa huc ad nos quosdam honestos viros et doctos quorum dulcissima consuetudine non mediocriter
refocillati sumus, vitam cum eiusmodi fratribus toto ano ut poeta loquitur consumi possem. Crescit numerus
meorum familiarium ego diutius huic operi nequeo superesse. Cui nuper scripsi in eo sum etiam nunc. Vellem dari
mihi hominem idoneum quamvis iuuenem, qui et docere (ubi opus esset) et domestica sollicitudinis partem aliquam in
se recipere (quod quidem ad puerorum institutionem attinet) posset. Respirarem si vel tantillum adimeret oppresso. nunc
grauari cum illiberaliter nunquam pati possem. Ego ad ceteras iam pridem occallui, neque recusam sub eis consensu
ere. Si ita decernat Dominus, qui me ab adolescentia sibi mancipavit. Cogitavi aliquando de te quam utilem operam
Schola et familia nostra nauare posset, nisi te ad perfectionem studiorum tuorum in Academiam rursus conferre
conspicuissem. Sed quoniam sunt omnia nunc misere perturbata, propemodum in omnibus Europa partibus. Cuius si
dum expectas meliora tempora; te nobis in societatem laboris adiungas? Non sunt hae nostra exercitia aliena ab
eo studio quod moliris. permagni enim refert in Scholis casti integreque versari eos qui Ecclesiae ministerio destinantur.
Hae ego dum ad te meditator Commelinae dulcissime, intruente Johanne Commelini filius qui meum ex acerbissimo do
lore vulneravit. Te dixit Antverpia scriptum sibi esse, Jacobum Jeronymi Commelini filium, graui pestilentia con
flicta. Hanc quum adhuc crederis fili mi? heu mihi. o dolor. dolor. In tantis Ecclesiae necessitatibus, tam floren
tem succidi? Sed reprimam me donec mihi verus de te nuntius Emda veniat. Non enim arbitror in tanta multitudi
ne fratrum qui me isthic amant, tam acerbum funus Molanum velut alterum Commelini parentem, tam diu celari
potuisse. Interca planus timoris et anxietatis, hoste undique sentiente pullatus et squalidus moro. Jam ferme at
tritus angoribus et confectus. Non inuenio exitum huius Epistolae ut qui nesciam videnti ne an mortuo verba fiant.
Si visis mi Commelinae fac ut te videam, veni. Sin concessisti naturae, non longa erit inter nos distractio. Vale. Pri
die Cal. Septemb. 1. 5. 6. 8. Brema, in Schola. inter arumnas et suspiria. Custos pueritia tua

Johannes Molanus.

Dart. Alberto.

Pax CARISTI.

Charissime Doctor, quem ego ex animo reuocor & amo. Hec ex Epistola Storchenburgii intellexi. Dolorem Al
bertum Dn. Herberto salutem precari. hac mihi occasio fuit scribendi, ut ex me cognoscere Herbertum amicum tuum in
carbo non esse. ante dies 6 aut 7 ad Henricum fratrem suum hinc abiit, et quod me angit non meliorem, rivo hic
eo frui datur. Ego animus ab hac Ecclesia sic alienus est, ut nusquam minus velu quam Brema esse. Hec miseria quam mi
hil reliquum sit misere civitatis amissa semel doctrina? Saepo meum animum vulnerat et perdit memoria pra
teritis temporibus. Sed nihil proficitur que timoribus. Cum omnia ubique misere videamus, praesentibus arummarum oppressio
nibus intant sumus. Tuorum laborum moles grauisima nuper inter nos commemorata Dn. Herberto tui amantissimo et
nati quosque tanquam succursuato sodali lacrymas expressit. Sane quisquis considerat tum vires suas, atque fractas, tum
istud ens tam multiplex, tamque confusum, necesse est ut cum sui misereat, et partem aliquam miseriarum vel commiserando
in sese transferat. At qui respexerit ad futuram gloriam qua differatur in eum diem quo dominus noster IESVS CARISTVS
Ecclesiam suam et eius fideles custodes immortalitati coronabit, par est cum patientibus quidem votis tam viriliter labo
ranti succurrere, sed tamen procul ab omni infortuna animi abesse. Quiescat a pleratu vex tua: et oculi tui a laqueo
nis, ait Dominus Jer. 71. Eris, erit merces operi tuo. Sed unde in has incidi cogitationes? Veniende Domine nihil est
dulcis animo meo quam tecum colloqui etiam cum absente, et valde cupiam si queam tuis angoribus aliquid detrahere, qui
te depinxerit et consummavit. Hac est conditio naturae peccatrix. Conserui eam operis et comminui dente concidat et in pul
verem suam reuertatur. Ego nuper intruente piissimorum quorundam fratrum in quibus erat iste tuus familiaris Storch
enburg et Dn. Aldegundus, nonnihil releuatus sum, et quasi rursus, sed nimis haec breuis fuit consuetudo, ex mea
quidem sententia. Dulce esset cum talibus suisque similibus vel toto ano consumi. Cuarendam erit vita sociata quam nulla distrac
tio disjungat ne solus perpetuo lugam nec domi habeam quae me refocillet aliqua respiratione. O utinam Dei filius di
gnetur elementer respicere dispersionem Ecclesiarum, et sua larga manu misericordiae sanctificare consilia et corda piorum.
Amen. Vale. cum dulcissima compare. Adolescenti ille Groninga Boetij quem mihi tua digna commendauerat incumbit in stu
diam suum grauius et non sine profectu. Brema. 15. Cal. Oct. 66.

Johannes Molanus.

(100.) 115
Nr. 194)

[= Acc. n. 12:
Nr. 194]

Nr. 195)

[= Acc. n. 12:
Nr. 195]

Nicolaus
Storchenburg